

MEDITATIONVM

Gnitas inseparabilem ostendere in personis, vt nullum tibi nomen sit in qualibet persona quod non ad aliam secundum relationis regulam referatur: sicut pater ad filium, & filius ad patrem, sic spiritus sanctus ad patrem & filium verissime refertur. Ea vero nomina quae substantiam, vel personam, vel potentiam, vel essentiam tuam significat, vel quicquid proprium dicitur deus, omnibus personis æqualiter conueniunt, vt deus magnus, omnipotens, eternus, & omnia que naturaliter de te deo dicuntur. Non est ergo aliquod naturæ nomen, quod sic tibi deo patri conuenire valeat, vt aut filio tuo, aut spiritu sancto conuenire nequeat. Dicimus te patrem naturaliter esse deum, sed naturaliter est filius deus, naturaliter est deus & spiritus sanctus, non tamen tres dii, sed unus naturaliter deus, pater & filii & spiritus sanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas, deus in personis sensu intelligenda, quanvis voce separabilia habeas nomina, quia plurem numerum in naturæ nominibus nullatenus recipis: in hoc enim ostenditur personas non posse dividiri in sancta trinitate, quæ unus deus versus est, quia cui iuslibet personæ nomen semper ad altera respicit personam. Si patrem dico, filium ostendo: si filium nomine, patrem prædico: si spiritum sanctum appello, aliquid eius esse spiritum necesse est intelligi, scilicet patris & filii. Hæc est enim fides vera vienens de fana doctrina, hæc certe est fides catholica & orthodoxa, quam me docuit deus in sinu matris Ecclesiæ gratia sua.

Caput XXXI. Inuocat itaque domine te fides mea, quam dedi. Sti mibi propter bonitatem tuam ad salutem meam. Fidelis autem anima ex fide vivit, tenet in spe quod videbit in re. Inuocat te deus meus casta cœlèstia mea, & suavis amor fidei meæ, quam excusus ignorantiae tenebris ad veritatem intelligétiā perduxisti, & quia a stulta seculi amaritudine eruisti, atque adhibita tue dulcedinis charitate, iocundam mihi & mellifluam reddidisti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & sincera amor fidei meæ, quam ab ipsis euntriers cunabulis illuminasti semper per illustrationem gratiæ tue, & quam adaugens confirmasti in me per documenta matris Ecclesiæ. Te inuoco beata & benedicta & gloriola una trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, deus, dominus, paracletus: charitas, gratia, communictatio, genitor, genitus, regeneras: verum lumen ex lumine vero, vera illuminatio: fons, flumen, irrigatio, ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia, à quo, per quem, in quo omnia, viuens vita, vita à viuente, viuentem viuificator, viuis à te, viuis ab uno, viuis ab ambabus, & ab altero, & ab utroque, verax pater, veritas filius, veritas spiritus sanctus: una ergo pater, logos, paracletus & esstæta, una virtus, una bonitas, una beatitudine, à quo, per quem, & in quo beatum sunt omnia quæcumque beata sunt.

Caput XXXII. Deus veritas & summa vita, à quo, per quem, & in quo viuent omnia quæcumque vere & beatæ viuunt. Deus bonus & pulchrum, à quo, per quem, & in quo bona & pulchra sunt omnia, quæcum bona & pulchra sunt. Dei cuius nos fides excitat, spes erigit, charitas iungit. Deus qui petti te iubes, & inueniri te facis, & pulsanti aperis. Deus à quo auerti cadere est, ad quem conuersti surgere est, in quo manere confistere est. Deus quæ nemo amittit nisi deceptus, nemo querit nisi admotus, nemo inuenit nisi purgatus. Deus quæ nosse viuere est, cui seruire regnare est, quem laudare salus & gaudium animæ est. Te labis & corde omnique qua valo virtute laudo, benedico atque adoro, tuæ & clementiae & bonitati p. viuieris beneficiis tuis gratias refero, & hymnum gloriae tue cano, Sanctus, sanctus, sanctus. Te inuoco à beata trinitate vt venias in me, & templum me facias dignum gloriae tue. Rogo patrem per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritus sanctum per patrem & filium, vt omnia vita elongen-

tu à me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me. **K** Deus immense, à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia facta sunt, visibilitas & invisibilis. Qui opera tua extra circundas, & intra reples, supra tegis, & infra fers, custodi me opus manuum tuarum in te sperantem, & in tua sollemmodo misericordia confidentem, custodi me quæso hic & vbiq; nunc & semper, intus & foris, ante & retro, supra & infra, circumcirca, ita vt in me nullus pateat locus insidijs inimicorum. Tu es deus omnipotens, custos & protector omnium in te sperantium, si neque nemo est tutus, nemo de periculis liberatus. Tu es deus & non est aliud deus præter te, neque in celo, neque in terra deorum, qui facis magnalia & mirabilia & inferutabilia, quorum non est numerus. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus, tibi omnes angeloi, tibi coeli & viuieris potestotes hymnos dicunt, & laudes indefinenter concipiunt, vt pote creatori creature, domino serui, regi milites, te sanctam & indiuiduatam trinitatem omnis creatura magnificat, omnis spiritus laudat. Tibi sancti & humili miles corde, tibi spiritus & animæ iustorum, tibi omnes superni ciues & cuncti beatorum spirituum ordinis, gloriam & honorem suppliciter adorantes concipiunt sine fine. Laudant te domine illi superni ciues magnifice & honorabiliter, laudat te homo, magna portio creaturæ tue. Sed & ego peccator hominio, defiderio magno cupio te laudare, amare te opto amore precipuo. Deus meus, vita mea, fortitudo mea, & laudatio mea dignare me laudare te. Da mihi lucem in corde, verbum in ore, vt cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & quia vir pollutis labiis ego sum, munda oblatione cor meum ab omni inquinamento, sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignum laudis tuis. Suscipe benigne & acceptabiliter de manu cordis & de mentis amore, suscipie sacrificium labiorum meorum, siquacce acceptable in conspectu tuo, & ascendas ad te in odorem suavitatis. Memoria tua sancta & dulcedo tua beatissima possideas totam animam meam, atque in inuisibiliū amorem rapiat eam. Transeat de visibilibus ad inuisibiliū, de terrenis ad coelestia, de temporalibus ad æternam, transeat & videat visionem mirabilem. O æternæ veritas, o vera caritas, o chara æternitas, tu es deus meus, ad te suspiro noſte ac die, tibi in hio, tibi intendo, ad te peruenire desidero, qui nouit te, nouit veritatem, nouit æternitatem, Tu veritas super omnia præsides, quem videbimus sicuties, cum pertransfierit hac vita cæca & mortalis, in qua dicitur nobis, Vbi est deus tuus? Et ego dico, Deus meus ubi est? Relipio in te paululum, cum effundo super te animam meam in voce exultationis & confessionis soni exultantis & festinatim celebrantis, & adhuc transfit est, quia relabitur & fit abyflus, quin potius sentit se adhuc esse abyflum. Dicit ei fides mea quam ascendisti in nocte ante pedes meos, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in deo, lucerna pedibus meis verbum eius. Spera & persevera donec pertransfeat nocte mater iniquorum, donec pertransfeat ira domini, cuius fuimus aliquando filii: fuimus enim aliquando tenebræ, donec pertransfeat iste impetus aquarum, residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo, donec apiret dies & inclinetur umbræ. Sperabo in domino, mane astabo & contemplabor, semperque cōfitebor ei. Mane astabo & videbo salutare vultus mei deum meum, qui viuificabit mortalita corpora nostra propter inhabitantem spiritum eius in nobis, vt iam simus lux, dum adhuc spe salvi facti sumus, & filii lucis, & filii diei, non noctis neque tenebrarum. Fuimus enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in te deus noster, & tamen

Caput
XXXIII.

M
Psal. 41.